

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Sapientia uel scientia b  
cum fonte primo

Non aliam putas esse sapientiam nisi  
ueritatem in qua cernitur et tenetur  
summum bonum.

Num aliam putas esse sapientiam nisi  
ueritatem in qua cernitur et tenetur  
summum bonum?

Augustinus Hipponensis, *De libero  
arbitrio*, 2, 9, 26 (CCSL 29, W.M. Green  
ed., p.254, ll.30-31).

Nulla loco est, nusquam deest. Foris  
ammonet; intus docet.  
Cernentes in se  
omnes in melius commutat; a nullo in  
deterius commutatur. Nullus de illa  
iudicat; nullus sine illa bene iudicat.

De toto mundo ad se conuersis qui  
diligunt eam omnibus proxima est,  
omnibus sempiterna,  
nulla loco est nusquam deest, foris  
admonet intus docet,  
cernentes se  
commutat omnes in melius, a nullo in  
deterius commutatur, nullus de illa  
iudicat nullus sine illa iudicat bene.

Augustinus de libero arbitrio.

Augustinus Hipponensis, *De libero  
arbitrio*, 2, 14, 38 (CCSL 29, W.M.  
Green ed., p.263, ll.46-51).